



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

Persecutio Diocletiani in Christianos. Cap. .I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

SODR HAYMONIS  
EPISCOPI HALBERSTAT.

liber octauus.

EVTHICIANVS SEDIT

quinque annis. Cap. .I.



Nterea nonus decimus annus erat imperij Diocletiani, & incipit fieri persecutio in Ch̄ianos ab eo per maxima. Iusto siquidē dei iudicio, & necessaria correcciōe cum iam multa libertate multa indulgentia vitiati sunt mores nostrorū, & disciplina ecclesiarū corrupta, dū fides nřa p diuersa dogmata scindit, & ob id vilescit, dum praelati & rectores & duces populi humilitatis Christianę & synceritatis oblii, aduersum se odiis & cōtentioñibus inflāmantur, tunc ergo nefanda edita principis pponunt, vt cūctæ ecclesiæ usq; ad solū destruant, sacræ scripture cōburantur igne: & si q̄s nostrorū stat in honore priuatus eo manet infamis. Deniq; qui p̄sunt, iubentur simulacris immolare, alioq; cōiici in vincula ac torqri. Igit̄ in Nicomedia & Thebaide & Phœnicio & Alexādria, deniq; per totā Aegyptū & Phrygiā & Syriā & Cappadociā, & cætera vndiq; loca turbo psecutiōis tam immēsus & intolerabilis fuit, vt ex ipsa nimietate & atrocitate gestis martyrum deroget fidē. Alij flagris discerpūtur, alii fodiūtur vngulis, alii flāmis ignitis vrūtur, alii gladio obtrun-

## RERVM MEMO. LIB. VIII.

catur, aliij patibulis affigunt, aliij precipitantur in mare, aliij post tergū vinclis manibus appenduntur, & trocleis distetim mēbratim diuelluntur, aliij testis fictiliū vascu lorum lacerantur, donec tota eorum eradatur cutis, alii datur ad bestias, leones, vrsos, pardos, tauros, apros & ad omne ferarum genus. Ipsi sacerdotes ecclesiam nudātur inuerecede, huc atq[ue] illuc ab impiis trahunt. Proh nephias, quae homicidis, adulteris, vnenariis, ac sepulchrorum violatoribus fuerant fabricata, nunc episcoporum, presbyterorum, diaconorum, ceterorumq[ue] religiosorum colla cōstringunt, ita ut criminosis nec vincula superessent, nec locus ergastuli. Tanta ergo scelerati principis satellitibus inerat libido torquendi, ut vacarent per otium ad excogitādos nouos cruciatus. Quibusdam sub vnguis acutas infigunt harūdines, quibusdam plumbū igne liquefactū dorso diffundunt, vīq[ue] ad loca pudenda, quibus egestio naturalis pcreari solet. Fœminisq[ue] cendentis ferri & exusti plumbi massæ, absq[ue] vlo humanitatis respectu, per pudenda visceribus merguntur. Et si tortores alicubi duas vias arbores sibi inueniebāt, ramos ad se inflectebāt, eisq[ue] singulis singulos martyrum pedes ligabant, qui rami cum ad situm suū naturali impetu referrentur, discerptis diuulsisq[ue] visceribus, auulsa secum mēbra rapiebant. Tunc apud Antiochiā inter ceteros agonēs, quoddam nobile factū est, quod silere nō debeo. Duo iuuenes cōprehensi immolare cogūtur. Aiunt, ducite nos ad aras. Qui cum abducti fuissent, manus suas supponentes igni. Si subtraxerimus, inquiunt, sacrificasse nos credite. Et quoadusque caro omnis in

## HAYMO DE CHRISTIA.

ignē deflueret, immobiliter perdurāt. Itaq; cum iam crudelitate satiatus imperator aliquantulū resipisceret, proponit edictum, vt iam Christiani morti non tradantur, sed dextris oculis ferro effossis, & sinistra pollice sauciata sic permaneant. Sed cum statum ecclesiæ crudeli animaduersiōe vastari illum æternum ac per uigilem non lateret oculum, castigata in paucis familia sua, adest cōtinuo vtrix dei dextera in imperatores Diocletianū & Maximinū, quorum alter in occidente, alter in oriente vastauerat ecclesiam, ita ut nutu diuino subito permutati, deposita purpura, cæterisq; imperialibus ornamētis plebeij fiant ac privatipost imperiū. Tunc ergo iam per vim & contentionē Romano imperio in duas procurationes diuiso, Maximinus in orientis partibus regnat, vi rapiens nomen Augusti, Cōstantius in occidente. Hic Constantius erga nostros clementer agit. Sed & Maxentius Maximini Herculei filius, collegæ Diocletiani in urbe Roma dominiū occupat, & exercet tyrannidē. Hic magicam s̄ecutus artem, totam Romanam scelerū flagitiis & fece impunitatis replet, gloriam nobilium obſcurat, senatores proscribit, matronis nobilibus abutitur.

## REGNVM Constantij & Maximini.

Caput .II.

**I**N orientis vero atq; Aegypti partibus similis est ei per omnia Maximin⁹, exutus principē, rabidū induit tyrannum, simulacra colit, auguria sectat, impurus cōuiua & ebriosus, omniq; genere dissolutionū fluctuans, hostis maxime Christianorū & persecutor.